

Sanitas A

Quid boni habet sanitas languor ostendit et in comparacione gravioris morbi sanos nos esse credimus.

Hieronymus in quadam epistola.

Sanitas B

Sanitas est integritas et temperancia nature ex calido et humido quod est sanguis, unde sanitas dicta est quasi sanguinis status.

Isidorus libro 4. ethimologiarum.

Sanitas C

Qui enim est mentis gaudio recreatus, facilius membrorum recipit sospitatem. Naturalis si quidem cura est egris dare leticiam, nam fac invalidum gaudere et sanatus est.

Cassiodorus libro 2. epistolarum.